

scripta profecti. Secundo nomen Ecclesie in lege gratie in sensu archiori usurpatur pro cetero fidelium in eadem fide, eorundemque Sacramentorum Communione coalescentium. Opere tamen pretium est scire, quamquam in communi sermone de duplici hac societate verba fiat, tamquam de duabus Ecclesiis; at tamen utramque unam tantum esse, sed sub duplici, varioque statu, cum enim altera sit alterius figura, eorundem creduntur veritates, quae in altera quidem fuerit promissa, in altera vero adimpleta, ideoque unitatem, quae Ecclesiae essentialis est, sibi perfecte servari.

Quandoquidem Ecclesia, de qua verba facimus, est cetero fidelium, illud primum animadvertendum occurrit, hunc videlicet eorum ex duplici personarum genere coalescere, ex bonis scilicet, & malis. Mali si sunt, qui quamvis sint eorundem Sacramentorum participes, eandemque fidem habeant, ac boni, ab illis tamen & vita, & moribus discrepant. Boni vero sunt illi, qui simul conjuncti sunt non solum in eisdem fidei professione, & eorundem Sacramentorum Communione; verum etiam per Spiritum gratiae, & per vinculum Charitatis; de quibus Apostolus ait: *Cognovit Dominus, qui sunt eius*. Quamquam autem ex quibusdam fidei conciliis licet, quoniam sunt illi, qui ex numero Sanctorum sunt, hoc tamen certo sciri non potest: ideoque credendum non est, per Ecclesiam, ad quam nos Saluator remittit, & cui nos obtemperare jubet, loqui voluisse de hac Ecclesia parte, quam iusti, & sancti componunt; cum enim ingota fit, non potest liquere, ad quorum iudicium esset conserendum, & quibus obtemperandum. Itaque Ecclesia bonos, maloque complectitur; sed quamvis Fides Catholica tamquam constantem veritatem putet, utroque simul pertinere ad Ecclesiam: Fidelibus tamen ostendendum est, eadem fide edoceri, tantum esse discrimen inter duas hae partes consequentes Ecclesiam, quantum paleam inter, ac triticum, quae promissae in area sunt; & quantum inter sana, & mortua membra, quae sunt in corpore eodem.

Calvinistis in iure, ineptaque Catholicis obijciunt Theologis, quod male coram tantum Ecclesiae desinant, praetermissa charitate, quae illius veluti anima esse debet. Supprimunt ergo, inquit illi, partem immo potissimum partem eisdem essentiae, & ex eorum sententia, addunt fidem, haberi tamquam vera Ecclesia potest privata vita, & charitatis societate. Quibus ita Bellarminus respondet: Animadvertendum est, Cardinalis hic ait, ex Sancti Augustini sententia Ecclesiam profecto esse corpus vivens, ex anima, & corpore compositum. Ecclesiae anima consistit in interioribus Spiritus Sancti donis, fide, spe, & charitate; Ecclesiae vero corpus in exteriori fidei professione, & Communione Sacramentorum. Hinc oritur, nonnullos esse ex anima simul, & corpore Ecclesiae, ideoque interius, exteriorisque conjunctos esse cum Jesu Christo, qui est Caput eisdem; & hi perfecte in Ecclesia sunt, quia sunt veluti vivientia membra in corpore. Alii vero participes sunt animae Ecclesiae, non autem corporis eisdem, ut Catechumeni, si fidem habeant, & charitatem. Alii denique sunt de corpore Ecclesiae, non autem de anima; si videlicet, quibus nulla interior virtus est, sed qui aliquam ob causam, quaevisque illa sit, fidem profiterentur, & sunt Sacramentorum participes sub sacro Pastorem suorum regimine. Desinitio igitur, quam de Ecclesia tradunt Theologi, postremam hanc tantum rationem complectitur, quia in Ecclesia aliquis esse potest, & quae saltem est necessaria, ut aliquis Ecclesiae visibilis membrum esse possit: quae quidem ratio ad Ecclesiam pertinet omnium imperfectissima est, sed sine hac omnino in Ecclesia esse non potissimum.

Qui Reformatae Religionis assertores se faciunt, sane ostendunt, se fallam animo ideam concipere de vera Ecclesia, cum ajunt, & Scripturis suis evangelicis, Universalem, Catholicamque Ecclesiam generalem esse eorum omnium ceterum, qui in universis terrarum orbe Jesu Christi Evangelium profiterentur, hanc vero in puris particulare Ecclesiae esse diversam, quarum aliae purae sunt, impure aliae; aliae quidem haereticas, & aliae Schismaticas, quae nihilominus omnes sunt Ecclesiae Jesu Christi, quem admodum homo mendax, semper homo est, licet mendax. Praeclaram sane similitudinem! Non sentitur isti, hominis essentiam non esse positam in verbis; & Ecclesiae quidem essentiam esse docere

veritatem, Catholici vero Christiani esse eandem credere! Nonne hoc est ex mystico Jesu Christi corpore corpus monstruosum efflicere, ex veritate, & mendacio, ex fide, haereticas compositum? Principium hoc nonne manifestam contradictionem involvit? namque haereticum, & Schismaticum esse, sane esse extra Ecclesiam. Nonne unitas, infallibilitas, veritas, aliaeque omnes essentialis Ecclesiae Jesu Christi veritates haec una opinio evertuntur?

Facile Religiones omnes, quae verum Deum contententur, bonas esse: si enim hoc verum esset, nemo conscientiae stimulis torqueri deberet, quamcumque sectam adoptet, & integrum cuiquamque esset pro modo, ac libidine sua Deo servire. Cum Deus sit veritas per essentiam, mendacio coli non potest; ideoque opus est, cultum, qui eidem praebetur, fidei inniti, quae sit veritati conformis. At veritas perfecta una est; nullas unquam admittit potest contradictiones; nihil aequae simplex est, ac ejus essentia, quae indivisibilis est. Cum igitur unitas adeo fit intrinseca veritati, & a natura eisdem superari minime possit, quomodo veritas pati possit ingentes illas contradictiones, quae necessario in fide duarum Religionum oppositorum, duarumque Ecclesiarum debent occurrere? Tandem enim, ut dixerunt Ecclesiae, duaeque Religiones, opus est, ut inter se differant aliqua in re magni momenti, quae vel ad divina, vel ad morum disciplinam pertineat. Hoc in casu fieri nequit, ut utraque fides vera sit; veritas enim essentialiter adhaeret unitati, & veritatem ferre non potest; ideoque fieri nequit, ut utraque Religio sit bona, & utraque Ecclesia sit vera.

Occurrit proleto apud Catholicos Doctores variaz, oppositaeque sententiae, & quotidie recentes agitantur in scholis quaestiones de gravissimis rebus, ubi eruditissimi Theologi inter se mirum dissentunt. Hoc nobis passim obtrudunt Haeretici, sed facile respondemus, Catholicos nulla in re dissentire, ubi aliquod credi jubet Ecclesia; sed in his tantum, ubi integrum esse culibet, quod magis arripit sentire, ac iudicare, quippe, quae neque Scripturis, neque Conciliis, neque Traditione definita sunt; quorum ubi accesserit decretum, omnino intellectum suum sub Cathedra Sancti Petri, quae eadem est, ac Jesu Christi, auctoritate capitant.

Princeps inter Ecclesiae proprietates, quemadmodum in Niceno Symbolo memoratur, Unitas est. Hae autem tanta mortalium multitudo late in tot locos inter se remotissimos diffusa, Ecclesia vocatur propter rationes, quas in Epistola ad Ephesios adfert Apostolus, videlicet: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma, & ab uno tantum invisibili Capite, alteroque visibili Ecclesia gubernata*. Jesus Christus invisibile est caput illius, Pater enim *Capitis ipsum dedit Caput supra omnem Ecclesiam*, quod vero visibile ille est, qui quatenus legitimus Sancti Petri Successor, Ecclesiae Romanae obtinet sedem. Omnes enim Patres consentiunt, opus fuisse, ut eisdem unitas constitueretur, ac servaretur. Sanctus Irenaeus, Sanctus Cyprianus, Optatus Milevitanus, Sanctus Hieronymus, Sanctus Ambrosius, Sanctus Augustinus, Sanctus Basilianus, &c. docent auctoritati alicuius Principis, unum tantummodo imperium, ac unum corpus efficiunt. Ad hac quemadmodum anima fidelibus omnibus communicat gratia idem spiritus fidelibus omnibus communicat gratiam. Ita ut sic corpus humanum ex pluribus membris constat, ac omnia membra anima eadem animantur; sic mysticum Jesu Christi corpus, quod est Ecclesia, ex pluribus Fidelibus compositum est, in quo unus, & idem Spiritus operatur omnia, singulis, prout ipsi habuerit, sua dona distribuens. Ita omnes eandem spem habemus, ad quam omnes evocati sumus, quemadmodum idem testatur Apostolus; omnes enim idem speramus, aeternam videlicet felicitatem. Denique omnes eandem ideam sequi, ac tueri profiterentur, ut, sicuti idem dicit Apostolus; non *sua scilicet via nobis*: Et unum tantum est baptisma, quod fidei Christianae figuratum est, & Sacramentum.

Alteri Ecclesiae proprietates Sanctitas est. Veritas hanc ex Sancto Petro didicimus: *Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, sancta portus, & quomodo*.

Una tantum est Ecclesia.

Variaz Theologorum sententiae ubi nihil decisionis est, varias quidem scholasticas varias constituant Ecclesias.

De Ecclesia unitate.

Ad Eph. 4.

Ad Eph. 4.

Ad Eph. 4.

ad Cor. 1.

ad Cor. 1.

finatum est: & Fideles facti sunt Sancti, quia facti sunt populus Dei, cum sese illi devoverunt suscipientes baptisma, & amplectentes fidem, licet ut plurimum ea non explant, quae polliciti sunt: eodem pacto qui artem aliquam profiterentur, eo appellantur nomine, quo illi, qui eandem exercent, vulgo nuncupantur, quamvis non omnia artis eisdem praecepta sententur. Secundo, Sancta vocatur Ecclesia, quia adhaeret Jesu Christo, tamquam Capiti suo, qui omnis sanctitatis est fons, unde Spiritus Sancti dona, & divitiae bonitatis Dei in omnem Ecclesiam emanant. Tertio, Sancta est Ecclesia; haec enim una verum offert sacrificium, atque cum fructu uti potest Sacramentis, per quae, tamquam efficaciis gratiae instrumenta Deus veram Sanctitatem communicat; ita ut nemo vere sanctus esse possit, & in hujus Ecclesiae sinu non esse.

Tertia Ecclesiae proprietates est, Catholicam esse, videlicet Universalem. Hoc autem nomine iure fuit appellata, nam, ut Sanctus Augustinus animadvertit, ab ortu in Occasum usque protenditur, ita ut non solum intra unius Regni, vel nationis fines non continetur, ut terrae hujus imperia, vel Haereticorum societates, verum etiam finis suo omnes homines complectatur, siue Gentiles sint, siue Judaei, Barbari, & Scythae, ut inquit Apostolus: denique Fideles omnes, qui ab Adam ad haec usque tempora existerunt, atque ad finem usque mundi existunt, qui veram fidem professi sunt, ac profitebuntur, ad eandem spectant Ecclesiam. Haec autem proprietates tutior nota est, ex qua vera Ecclesia a falsa potest dignosci.

Ecclesia hoc appellatur nomine, quia suam ducit originem ab Apostolis, qui praedicarunt Evangelium; Ecclesiae enim doctrina nupera non est, neque nudius tertius prodire cepit, sed eadem est, quam docuerunt Apostoli, & quae eorum ministerio in omnem terram late se effudit. Ideo Nicene Synodi Patres, affante Deo, cum ostendere vellent, quam esset Catholica Ecclesia, in Symbolo Apostolice nomen addidere.

Ecclesia non esset amplius Ecclesia Jesu Christi, si errasset, vel errare posset in fide; si dei enim, doctrinaeque veritas, atque puritas essentialis est Ecclesiae, quam Jesus Christus constituit. Haec illius est definitio, vel ut cum Theologis loquar, est illius forma essentialis. Cum autem Ecclesia semper subsistere debeat, secundum Scripturas; debet quoque in fide inconcussa esse, & infallibilis. Querenda igitur in terra Ecclesia est, de qua adimpleri valeant haec Jesu Christi verba: *Et porta inferi non prevalebunt adversus eam*; & altera illa promissio, quae praesidium suum eidem recipit nunquam deturum. Quid factum esset de omnibus hisce promissionibus, si verum esset, quod novatores effugiant, veram doctrinam desuisse Pastoribus Ecclesiae ante hoc tempus annos mille, vel etiam ducentos; Doctores eisdem praedicasse mendacium; Antistes, Concilia, Pontifices errasse, novoque Prophetas, Apostolosque iustitiae intermortuam fidem; veritatem, quae exulaverat revocasse, Evangelium, quod perperam intellegebatur, explicuisse, extinctam accendisse lumen; diruta fundamenta restituisse, ac denique collapsum Templum everfam Ecclesiam iterum aedificasse? Ita nonnulli ex eorum Auditoribus loquuntur, verum enim vero ullane dictis eorum species inest veritatis? Haec si desisset Ecclesia infallibilis, incerto essemus in illis, quae ad fidem pertinent, quae Pyrrhonicum oim in scientiis humanis. Quis tunc affirmaret Scripturarum libros esse Canonicos, si Ecclesiam, a qua nobis exhibentur, falli posse crederemus? Cum etiam mihi persualum esset, hoc Dei verbum esse, Sacra Biblia; non tamen satis est illius auctoritatem litterarum, quandoquidem litterarum occidere, Div. Paulus testatur, & docet experientia; Haeretici omnes eidem mordicus inhaerere. Sensus igitur tenendus est; quoniam vere hunc mihi aperiret, nisi illum mihi traderet Ecclesia, quandoquidem ad illam iubeo confluere, eamque audire? At si haec Ecclesia in fide me decipere potest, in periculum adducor, ut fallar, cum ad illam consulendam remittor.

Opus erat, in Ecclesia Cathedram veritatis aedificari, ubi Deus veram pro fide, moribusque sapientiam doceret, ut ad eam, ubi occasio sese offerret, ac urgeret necessitas, consulendam possem confugere. Dicit profecto nequit haec esse Sacra Scriptura, ut ajunt Haeretici; quia de hujus Scripturae sensu questio est, & quae sit secta hunc pro se statuat.

Opus erat, in Ecclesia Cathedram veritatis aedificari, ubi Deus veram pro fide, moribusque sapientiam doceret, ut ad eam, ubi occasio sese offerret, ac urgeret necessitas, consulendam possem confugere. Dicit profecto nequit haec esse Sacra Scriptura, ut ajunt Haeretici; quia de hujus Scripturae sensu questio est, & quae sit secta hunc pro se statuat.

Houdry Bibl. Tom. II.

re contendit; alioquin hoc non est disputationem dirimere, sed erroribus omnibus aditum aperire, si cuilibet integrum sit Scripturas in eum, qui sibi magis arriserit, sensum interpretari. Quemadmodum ergo non sufficit, ut in republica optime late sint leges, sed iudices quoque requiruntur, qui secundum easdem pronuntient, etque iudicis suis explicent illis, qui apud se lite contendunt, quia leges hae se ipsas non explicant: ita non satis est, adesse in Ecclesia Scripturam certissimam, atque divinam; sed opus est iudice per Jesum Christum constituto, qui secundum Scripturam sensum definiat, & in his, quae ad fidem pertinent, omnem dimittat dubitationem. Hoc autem omnium saeculorum consuetudine probatur; semper enim ad Ecclesiam concurrunt esse.

Error, ac insanissima audacia, quae nostrorum temporum Haereticis praesant, Deum sibi verum Scripturam sensum inspirare, ideoque se omnino certos esse de fidei vera veritate, & dubitare non posse, quominus vitam bonam arripuerint: hic error inquam, vel potius praesumptio, qui particularis spiritus vocatur, fons est errorum omnium, ac principium; super quo mortalium omnium indolentissimi, atque pertinacissimi, si locum haberent, novam instituire possent Religionem, novamque Ecclesiam fundare illius contemnentem auctoritatem, quae omnibus temporibus viguit, & reijcietis Conciliorum Canones, jugem Traditionem, ac unanimes Sanctorum omnium Doctorum sententiam: namque Anabaptistae, Templarii, Sociniani, & ipsi aequae affirmare possunt, se Dei Spiritum habere; & si id unum queritur, ut alicui ille aperte persualum sit; hoc illis melius, quam Calvinistis erit persualum; & si hoc locum habuerit, iam nulla amplius erit Ecclesia, nullum commune inter fideles vinculum, sed rediguntur omnes ad turbam hominum qui fanatico laborant, ac foveo se rapiunt suum Enthusiasmum, quorum singuli putant se Divino Spiritu regi, quin querant, quo spiritu illi regantur. Nulla inter homines erit amplius ratiocinatio, nulla sese illuminandi ratio; & Sophistarum impudentissimique perfracto quocumque recti sensus canone, se Dei spiritum habere, nos vero non item affirmabit. Elapsi vero saeculi deformatioribus nihil aliud sese veritatem in ore; verum ob particularem hunc spiritum, quem probare nullo poterant argumento adeo acre illis bellum illatum est, ut eorundem successores hujus pudenter sententiae; hodie vero ad eandem non confugiunt, nisi tunc demum, cum ad incitas redacti, quo sese vertant non habent, & quid respondere possint ignorant.

Vera Ecclesia assentiri nequit ulli dogmati suorum de fide reformationi; non enim esset amplius Ecclesia vera, si locum habere posset haec reformatio. Quod autem ad reformationem, abutimur in praxi non generalem, quidem, sed particularem, nunquam hoc se indignere negavit Ecclesia; ideoque sepe in generalibus Conciliis congregata est, nec non Synodos, & provincialia coegit Concilia, quae in id indefinenter incumbunt. Ceterum licet hodie non viderentur etiam, ut olim homines, qui caracterem suum adionem infamia, & vitae turpitudine dedecorant; hoc praere non possent aniam alicui obedientiam detrectandi Praesulibus, & Pioribus, qui regunt Ecclesiam; non enim ideo minus veritas per os illorum fere proderet; quia non eorum inhaeret persona, sed Ecclesiae, a qua mittuntur, quae illis auctoritatem imperit, & nos illorum opera erudit.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectis, & recentioribus Concionatoribus loci hujus argumenti.

SI de Ecclesiae perfectione iudicium ferre vellemus, ex eo quod est, ex eo, qui illam efformavit, ex pretio, quo stetit, ex ordine, per quem viget, ex divitiis, quas possidet, ex inconcussa firmitate sua, ac tandem ex eorum sanctitate, qui illam componunt, nihil sane adeo magnum, divinum, operosum, completum, optimum, miraculosum, sanctum, ideoque nihil adeo admiratione dignum, quam Ecclesiam inveniremus. Qui majori laborant caritate in eisdem repererunt admirationem, atque in ea erumperent verba: *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris*. Et sane nihil magis; Nihilque divinus est ipsa, quae est mysticum Jesu Christi corpus, & pro membris

Ecclesia bonos maloque complectitur.

ad Tim.

Catholicos arguunt, quod male Ecclesiam definiant.

Haeretici male definiunt Ecclesiam.

De particulari Haeretico Spiritu.

Ecclesia si fide reformari non potest.

Elogium Ecclesiae, quae Dei opus est.

Psal. 117.

habet fideles omnes; ipsamque Christum Jesum pro capite. Nihil est, quod majori steterit unquam impendio, quandoquidem pretium ejusdem fuit Dei sanguis, & vita. Nullum opus fuit tanto labore absolutum, namque ad illud efformandum, eique perfectionem tribuendum, opus fuit, ut Deus severissimis cruciatibus tortus efflaret animam. Nulla res est, quae meliorem sortita sit ordinem; Ecclesiae quippe ordo. Caeli ordo est, ubi ejusdem exemplar versatur. Nihil ea locupletius inventur, quoniam omnia caelestia bona, omnesque gratiae hereditas ejus. Nihil cum ea de vi, atque constantia certa potest, quippe fortior est inferis, omnibusque demonum conatibus, qui nunquam adversus eam praevalebunt: *Et porta inferi non praevalebunt adversus eam. Saraxin sano l. adventus Sermonis de Jesu Christi amore erga Ecclesiam.*

Alar. 16.
Ecclesia
regnum
Dei est
perpetuum
& quousque
felicitas sit
eidem esse
subjectis.

Inter maxima Dei opera post Filii ejusdem incarnationem nihil magis elucet, quam mysticum Ecclesiae corpus, cujus sanctitas ex sanctorum omnium sanctitate coalescit. Quicquid in terra Imperium emittit nihil est, si cum Regno hoc comparatur, quae ejus latitudo nullis unquam finibus coarctatur, ejusque diuturnitas aeternitatem exaequat; opus vero fuit ineffabiles gratiae thesauri, & ejus constantia nullis Inferorum conatibus potest labefactari; necnon gloria ejusdem longe plurimas numerat victorias de Aethismo, Idololatia, ac infidelitate relatas. Tantum intercedit discriminis inter hoc Imperium, ac illud Principum terrae, ut toto Caelo praestet in hoc subditum esse, quam extra illud omnia terrae hujus scepra obtinere. Verum quidem est satis non esse in Ecclesia alio describi, ut felix sit; sed verum quoque est; neminem felicem esse posse, nisi in eo descriptus sit, & ab illis, qui descripti sunt, pendere, ut felices sint; ipsa terra felicitas in eorum est potestate, divina favente gratia, quae illis nunquam desit; & omnes esse possunt Reges, quorum Deus ipse erit possessio, ac hereditas sine ulla divisione. *Desumptum ex libro cui titulus: Sapientia Christiana, cap. 7.*

Una est
vera Ec-
clesia.

Nullus dubitandi locus est, quominus Dei Filius supremam obtinens auctoritatem, atque potestatem a creatis subditumque rebus minime pendente, Ecclesiam instituisse debeat, quod Regnum est nulla unquam hominum, immo neque Inferorum vi subvertendum. Mortuarum regna, atque imperia hostilibus, quibus oppugnantur, virtus evortuntur. At nulla vis est, quae ullam obtineat potestatem contra insistentem Homini Dei virtutem, ideoque quicquid ille constituit, atque iuratur omnipotentia sua, inconcussam esse debet, invictum, nulla unquam oppugnatione labefactandum. Ita inexpugnabilem hanc Ecclesiam suae firmitate ille praedixit, & antequam ad Coelum ascenderet, Discipulis suis Ecclesiam hanc representantibus pollicens est, futurum ut semper suo illis adesset auxilio, atque ope gratiarum suarum usque ad mundi consummationem. Veritas haec adeo constans est, ut quicumque disputant, quemvis sit vera Ecclesia, vera Ecclesia necessitatem supponant; & nihil adeo constantem credunt, quam quicquid ante omnem controversiam pro vero supponitur; atque ita negari non potest, veram Ecclesiam adesse: ea tantum a situr quaestio, ubi illa sit, & quoniam sint caractere illi, ex quibus est dignoscenda. *Idem.*

Una tan-
quam Ec-
clesia, & una
Religio
vera esse
debet.

Si attentè animo reputaverimus id, quod tanquam basis, ac fundamentum Religionis verae subferendum est, liquido innoscet, unam tantum esse Religionem posse. Basis enim, & fundamentum est veritas in se, quae divina respiciunt; cum etenim Deus per essentiam sit veritas, mendacio sane coli non potest; & necessario opus est, ut qui quidem praeberit cultus, fides, quae conformis sit eidem praeberit, veritatem. Verum cum veritas perfecta veritati, innitatur. Verum cum veritas perfecta sit una, nullam admittere potest contradictionem; & ex rebus omnibus, quarum veritas est indivisa, nulla est, cui magis intima sit, quam veritas. Quomodo ergo veritas simul esse possit, atque quae cum magis subsistere simul esse possit, atque necessario debeant accedere in fide duarum Religionum, duarumque Ecclesiarum sibi oppositarum? Ut duae sint Religiones, Ecclesiaeque duae, differant inter se, opus est aliqua in re non ita sane contemplanda, sive haec ad rerum divinarum, sive ad mortuum doctrinam pertineat; quo in casu fieri nequit, ut fides utraque vera sit, quia veritas essentialiter adhaeret unitati, ac nullam pati potest diversitatem. *Idem.*

Est ne

Quicumque diversitas oriri possit in fide Reli-

gionis, duas veras Ecclesias nequit efflorescere. Et constat ratio; vel enim haec diversitas finem Religionis evertit, vel secus; si illam minime evertit, veluti varietas exteriorum rituum, qui praetemporalibus, locisque mutari possunt, haec non efficit essentialium distinctionem, & unitatem, quae a veritate divelli non poterit aliqua re, quae sit eidem opposita, & schismaticos, quos Deus probare non potest, amandabit; & non solum veram Ecclesiam non constituit; verum etiam cum sint veritates, ac unitatis inimici, necessario sunt inimici Dei, ac falso eundem se colere professentes, eidem magis adhaerent, quam qui cum nunquam cognoverunt. *Idem.*

Iure quidem Sanctus Joannes Chrysostomus affirmavit futurum potius ut Sol non luceat, quam Ecclesia visibilis, atque mortalibus omnibus cognoscibilis esse desineret. Noluit Deus ullam nobis supersedere incertitudinem ea in re, quae saluti nostrae omnino est essentialis. Eius providentia, quae late ad omnes creaturarum rerum necessitates se extendit, noluit mortalibus desesse ea in re, quae saluti ejusdem adeo est necessaria, neque illa ea denegavit luminaria, quae aeternae felicitatis suae viam patefacerent. Voluit Ecclesiam suam omnibus tradere cognoscendam ex caracteribus illa palam expressis, ut eam modo elato monti, modo ubi in montium verticibus posita, modo Regno in omnem terrarum orbem late dominant, modo luna, ac soli, qui in hoc visibili mundo praeter ceteris majorem lucem effundunt, comparaverit. Si aliter fecisset Deus, non quid vitio nobis vendendum esset, si remotos secuti laessemus vias; cumque prudentia nostra non esset falsis per se peritica, ut in tanta varietate judicium gerere possit, cum omnia viderentur incerta, numquid essent redarguendi, si falsum pro vero fuisse amplexi? Haec ita sane; nobis columna, quae Israelitis intenui viam, quam secuti erant, indicabat; & altera ignea, quae noctu illis praecebat, ac ita palam comodat, ut nemo, nisi se ultro excacaverit, illam non cognoscere nequeat. *Idem.*

Sanctus Augustinus Donatistis probaturus Romanam Ecclesiam unam esse veram, tanquam invictissimam demonstrationem praebet omnium Summorum Pontificum post Jesum Christum Sanctumque Petrum ad eum usque, qui avo suo Cathedrali obtinebat, successione. Igitur si trecentorum annorum fine ullo intervallo non intermissa successio, ex Sancti hujus Doctoris sententia, invictum erat argumentum, quo veritas venientem, ex hoc probatur principio, quod vera Ecclesia debet esse perpetua; quanto nunc temporis hoc fortior evasit probatio, cum magis haec patet Ecclesiae perennitas, cum ab illius incunabulis mille, ac septuaginta tempora, quibus errores illi praedicari ceperant; tumultus, quoslibet pepererant; & omnes circumstantiae, quae perniciosarum harum novitatum progressibus aliquid contulerant. *Idem.*

Cum in aere cometes aliquis efformatur, licet non adeo cito evanescat, ut alia quorundam meteororum, quae ubi dantur, vel trimum horarum spatio aequum fulgorem emittunt, abeunt, ac dissolvuntur; liquet tamen non esse verum Caeli syderum non solum quod perniciosissimos gignit effectus, quales sunt aëris imperperies, mortalium cedēs & lues, quae nonnumquam late Provincias depopulantur; verum etiam quia paucis ante id tempus debet, mensurabile est efformatum. Hoc ipsum de seculis illis dicendum est, quas damnata Ecclesia; liquido cognosci possit illas non esse stellae, quas Dei majus immutabile veritatis firmitate affixit; non solum ex effectuum earundem nequitia, quales sunt discordiae, defectiones contra legitimas

Ecclesia
necessaria
nihilis
esse debet,
& nota.

De Eccl-
siae perpe-
tuitate.

De superis
le. h. 1. 1. 1.
suis
contra Ec-
clesiam in-
terrogant.

Pe-

Potestates, licentia, atque crudelitas; sed etiam ratione magis peculiari ex inopinata ortus earum nativitate, quae repente, velut in aere, affligere ceperunt, quin tot elapsis retro saeculis aliquid unquam simile extiterit. Ecclesia vera similis est toti verorum syderum caeli in firmamento nitentium: omnes illius veritates totidem sunt sydera, & lumina, semper eodem fulgore micantia. Infernus, & quicquid est infernum veritati, illis tenebras offundere conata sunt tot falsis doctrinis; sed nitentium horum syderum lumen semper densam illam caliginem dissipavit. Quis in hoc non admirabitur divinam virtutem, sine qua fulgor inanis, si talis Ecclesiae nitore fuisset, jampridem evanisset? Deus unus bonum perpetuum potest efficere; ideoque Ecclesia adeo sancte perennitas palam ostendit, illius principium Deum esse, hunc eundem tueri. *Idem.*

Haereticis
tantum ab-
est, ut Ec-
clesiam
evertant,
quod im-
mo illam
magis, ma-
gisque con-
firmant.

x. ad Cor.
21.

Ad Rom. 2.

Haereticis
numquam
converte-
runt infide-
les.

Lib. de di-
vinitate
cap. 4.

Ecclesia
late sese
effudit, li-
cet schis-
mata ha-
eresisque
adversen-
rentur.

Ceteris, &
usio tot

& inordinatis affectionibus obnoxii, quae sunt efficius naturae corruptae. Ipsi suapte natura leves sunt, & incoherentes; libertatis suae ad furorem usque zelotypii, atque odotes rerum omnium, quae illis dolorem afferunt, ac tedium: Neque sine difficultate diu pati possunt legitime potestatis iugum, nisi metus illos coerceat. Hi homines sunt, quibus inveniuntur stadia, vivendi rationes, ac mores magis divini, quam climata, ubi versantur, ac (sape etiam ob politae causas irremediabiles sunt inimici. Quare igitur, quomodo non homines ipsi adeo inconstantes, adeo suae libertatis a natas, atque rerum novarum cupidissimi, apte esse possint efficientes Ecclesiae constanti, atque immutabili, quae in fidei suae principii nullam unquam patitur variationem? Hi suae libertatis idololatras, pro qua tuenda quotidie inveniunt certamina, & quam vita ipsa chariorem habent, poteruntne diu grava Evangelicæ legis iugum ferre? Hæc adeo diversa ingenia; hi populi, quorum consilia, atque affectiones inter se tantopere distant, poteruntne in eadem fide consentire, sub ejusdem Capituli unitate vivere, & in sinu matris fidei, in iis, quae ad Religionem pertinent, versari? Nonne haec illius est continuatio prodigii, quod generalis diluvii tempore patravit Deus, & quod non aliud erat, quam eius, de quo nunc verba facimus, figura miracula, cum bruta ipsa fidei invicem infestissima in una, eademque arca conclusit? *Pater Textor, Sermonis pro feria quarta post tertiam Quadragesimae Dominicam.*

inortalium
diversarum
regionum,
& virtuo-
rumque
inter se
studiosam
in eadem
Religione,
summa est
miraculo-
culum.

Nullis
unquam
sanctis
distinguitur
hae-
retici, qui
substant
Ecclesiam.

Ecclesia
numquam
distinguitur
agitata
procellis.

Deus Ec-
clesiam
tuerur,
atque gu-
bernat;
licet ag-
gitationi
suae
minis
non moveat.

Primitive Ecclesiae Fideles Ethnicis in admittationem relictis generosa, invictique patientia, ac virtus suae sanctitatis haereticis vero ejus in maribus, ac in fide corrupti erant in castra, ut Jesu Christi nomen a Gentilibus blasphemaretur, & Ecclesiae innocentiis innotis cala nitis profundiretur. Ecclesiasticam evoluit historiam, nullam inventionem fecit, quo Infernus aliquam recentem heresim non evolverit, & Demoni non invenirent viam fallendi alicuius Ecclesiae membris, ut hoc armare contra corpus ejusdem. Vixitibus nullum esse in fidei nostrae articulum, qui in pugnam non fuerit, nullam fidei veritatem, ad quam everterent deorta non fuerit Scriptura Sancta, ac vis verbi Dei. Pater equidem, me nihil invenire, ubi Dei virtus, & miraculosa ejusdem protectio magis eluceat, quam conservatio Ecclesiae, ejusque inter varias haereticas incrementa. *Idem.*

Infinitas haereticum numerus, sexcentis tempestatibus agitarunt Ecclesiam; verum tot inter procellas, haec navis fluctibus in ipsis scopolis illisa est, nullumque est passa naufragium. Veritas manet, errores praeterunt. Omnes haereticis esse eloquentia, doctrina, prudentia, & acuminis Actuarum suorum, nec non Optimum, Principumque virtutum exultatione, Caesarumque armis prodece; he omnes, inquam, haereticis plurimum videtur edidisse strepitum, & fluctuum suorum impetu fecam obripere eos, quicumque Ecclesiae fortiter non adhaerent; sed veluti torrentes praeterunt, ut Sanctus Hieronymus inquit: *Everuntur haereticis pronocentis cursu, quemcumque obviunt, & levem invenerint, secum trahunt; sed tanquam torrentes velociter transferunt.* Et constat ratio; torrentes enim sunt originem ducentes ex hominum inventione, non autem ex fluctibus a Deo procedentibus, qui sanctitatis est fons, & origo: *Quia non erant flumina perennia de Deo, veritatis, & sanctitatis fonte. Idem.*

Si Apostoli, Apostolicique viri sanctitate, ac virtute praestantes fuisse non quidem instrumenta Dei, sed proprii Auctores Ecclesiae, ubi viri illi abissent, Ecclesia quoque defecisset. Dissimulandum autem non est, quos vidimus, eos, qui Apostolorum obtinebant locum, virtutis eorum nequaquam heredes fuisse, sed eam vixisse vitam, quae ab Apostolica profus erat abnormis. Eorum nihilominus vitia nunquam errorem invexere in doctrinam, cujus sequestris erant, & oracula; atque morum corruptio nunquam illis commisit Religionis sinceritatem corrupti. Mirum in reliquis seculis doctrina conformis est moribus doctum; & in Christiana Religione non item. Fatendum igitur est necessario, illius conservationem ab hominibus non pendere, & secretam adesse virtutem, virtutem divinam, quae illius sanctitatem tuetur, & per quam illa subsistit inter iuges eorum omnium conatus, qui eius interitum five intrinsecus five extrinsecus machinantur. *Idem.*

viam traducimus. Credimus hanc mysticam esse templum divinis sacrum mysteriis; nos vero illum sceleribus, criminibusque inquinamus. Crederent populum nos adhuc esse regale Sacerdotium, quo nomine Princeps Apostolorum primos fideles vocabat; & qui mores nostrorum intueatur, dicere non potest cum Sancto Paulo, Ecclesiam sine ruga esse, ac sine macula, sanctam, & irreprehensibilem? *Admonitiones Christianae. Sermo de Ecclesiae qualitatibus.*

Huiusmodi argumenti.

Consolare quidem, quod es Filius Ecclesiae; at simul vide, utrum sanctus sis, ut illa sancta est; vide utrum mores tui illius sanctitati respondeant, & utrum eam sperans felicitatem, quam tibi pollicetur, sedulo prebens seculum abdicaveris fallacia illius contemptus bona, ejusque scelera, luemque evitaturus. Cum Ecclesiam sanctam vocas, nonne te ipsum condemnas? Improbiorum numerum argens, nonne Sanctorum Communionem abrenuncias? Verum quidem est te cum justis, Blecticis simul in Ecclesia corpore comprehendi: hoc Domini area est, ubi tritico mixtae sunt paleae; ibi inveniuntur flagitiosi, profani, impenitentes cum his confusi, qui Deum metuunt, amant, & colunt; sed quid prodest cum bonis vivere, nisi eorum justitiam imiteris? Cave ne te infam falsas: licet tibi persuasum esset de omnibus Coelestibus veritatibus, haec una fides te saluum facere nequit; immo te ipsum confunder, nisi eadem opera tua respondeant, eamque concomitentur. *Idem.*

Sine submissioe sensibus Ecclesiae nulla est virtus vera.

Licet sanctissimam duceres vitam, & quocumque virtutum tuarum fulgore optimo exemplo effunderes, hoc minime satis esset, nisi perfectam mentis submissionem sensui Ecclesiae adderes. Quorum vero? Quia nulla solida virtus est, nulla sanctitas sine fide; quae rerum omnium fundamentum est, & sine qua nemo Deo placere potest juxta illud Sancti Pauli Verbum: *Sine fide impossibile est placere Deo.* Haec autem mentis rebellio contra ea, quae ab Ecclesia sancta sunt, per schisma, & haeresim fidem omnino subvertit; per schisma quidem ab unitate recedendo; per haeresim vero impugnando veritatem, quae die sunt proprietates Ecclesiae, quarum altera ab altera divelli, ac separari non potest. *Maimbourg, serm. pro feria 3. post secundam Quadragesimae Dominicam.*

Infelicitas eorum, qui Ecclesiae sentit sese submittere detestantur.

Quoniam extra Ecclesiam salus nulla potest inveniri, heu! quam infelicitas merito eos manet, qui pertinaciter Cathedrae veritatis abrenuntiant, ut novos sequantur Evangelistae damnatae doctrinae praecones? Quid autem? illine sunt Salvatores veritatis? illine vitam suam esse viderunt, ut vestra certam facerent in aeternitate? illine vos sanguine suo redimerunt, ut vos cogerent relinquendo Jesu Christi Vicarium, & eundem relinquere Jesum Christum privatis adhaerere hominibus, nullam missionem, nullam characterem, nullam auctoritatem habentibus, & qui famam sola fidei defectione comparant? *O infensati, qui vos sequebantur non obedire veritati? O deplorabilem tot hominum alioquin equitate, ac menis in acunine pulentium cecitatem! Quo errore decepti rationem ipsam, mentem, atque conscientiam amisistis, ut minime videretis veritatem tanto fulgore nitentem, & mox ejusdem imperio vosmet minime subjeceritis? *Idem.**

Ecclesiae intercessit do Scripturarum sensu haerere.

Non requirit quidem Haereticus sese Deo verbo submittere; sed requirit hunc sese verbo submittere ab Ecclesia explicito: videtur ille quidem rationis suae lumina verbo Dei sacrificare; Verum optimam sibi hujus sacrificii partem reservat, naturalem curiositatem suam sequens. Scripturarum abyssum penetrare volens, ac se ipsum oraculorum ejus-judicem, atque interpretem faciens. Hic non satis admirari possum Dei Providentiam, quae cum nos ad fidem evocaverit, nos etiam in unitatis centro figere voluit, quod in una tantum Ecclesia invenitur, quam nobis tradidit in marem, ac regulam; citra quam quenam confusio, quenam doctrinae diversitas! Scio equidem Scripturam Sanctam illud oraculum esse, quod est consulendum; verum oraculum istud mutum est, neque eas explicat difficultates, quae possunt oboriri: Video Scripturae verba, quae maxime perspicua sunt, in disputationum, & controversiarum argumenta proponi; & utrinque video rationes, quae illum probare videntur sensum, quae quilibet eidem applicari. Partes istae quae inter se magis oppositae sunt, istidem utuntur armis ad eas evertendas; utrobique summus doctores inveniunt. Quid fideli faciendum, ut in tanta caligine veram doctrinam deprehendat, sine qua nulla fides est? Particularis spiritus dux est certissime pro fal-

laci habendus; dicitur enim articulus fidei, qui sunt oppositi; non satis constat utrum Lucifer in Angelum lucis transformatus, an Spiritus Veritatis loquatur; saepe etiam hic Spiritus, ubi consilium illum, nihil respondet, quod fideles consilii certos efficiat. Quid igitur illi in tanta rerum ambiguitate faciendum? Numquid per te mihi licet, o Deus, istud profari? Multa quidem effecisti pro Ecclesia Sponsa tua, eidem Sanctum Evangelionum librum, aliasque Scripturas reliquens; hic ubi aberrimus est fons luminum, verum nisi post hoc judicium statuisset, qui plana faceret, quae sunt obicura, quid in sacro hoc deposito reliquisset preterquam schismatis, scandali, ac licentiae in credendo occasionem? Minus profecto quieti, unitati, ac fidei Ecclesiae tuae consuluisset, quam Legistorum novissimus, cui non satis est legum volumen proponere, sed praeterea iudices legitimos statuit, qui de litibus, quae quotidie circa genuinum legis sententiam oboriuntur, disceptent. Hanc igitur sequentes duces divinitus inspiratum, ut Jesu Christi gregem regat, certissimam quietem postulum invenire. *Essais de Sermons pour l'Avvent. Sermon de Fide.*

Unitas, antiquitas, & universalitas Ecclesiae ex eodem principio proficiuntur; ex eo scilicet quod in omnibus terrarum plagis, omnique saeculorum decursu eandem habet doctrinam, quam ab Apostolis accepit, & quam Apostoli receperant a Jesu Christo, quemadmodum hic illam a Patre suo accepit. Si Apostoli vel minimum aliquid immutarent in veritatibus, atque praecipis, quae illis Jesus Christus tradiderat; Ecclesia, ab illis in omnibus terrarum oris instituta nequaquam in eadem doctrina consentire possent: fuissent igitur tot Ecclesiae diversae, quae in singulis diebus magis magisque invicem discedissent eadem licentia, quam semel sibi vendicantem innovandi, ac succedendi. Post has innovationes quomodo glorie fidei vertere potuissent temporis antiquitatem? Haec in re Catholica Ecclesia generatim ab omnibus haereticis distinguitur, quae nullam habere possunt vel vetustatem, vel universalitatem, quia fraserunt olim unitatem primae traditionis, & successione non intermixtae ejus doctrinae, quam Apostoli, & Jesus Christus tradiderunt; quod simul Ecclesiae antiquitatem, universalitatem, sanctitatem, certitudinemque constituit. *Pater Thomassinus Tractatus de Ecclesiae unitate.*

De Unitate Ecclesiae.

Sexcentis sedecim Ecclesiae sine producentis contra eandem insurrexerunt; ac si illa has oriri conspexit juxta Jesu Christi praedictiones, easdem etiam secundum promissiones ejusdem vidit occumbere. Veri illius filii, ut Sanctus Paulus inquit, hoc tantum lydio lapide probati sunt, veritas eos magis roboravit, cum magis eam labefactate conarentur inimici; Ecclesia immota permansit; Imperia, ac Principatus magis metuendi variis praesignari figuris sese invicem deleat, atque confidere vixi sunt unus post alium, nihilque eorum superest praeter miseram quendam interitus eorumdem vestigia: sed Romana Ecclesia viget adhuc, integrumque fulgorem suum tuetur, & Deo favente, illam late in plagas omnes se te videmus extendere; atque in singulis dies recentes victorias reportare. Quod ad alias perlinet sectas, quae Ecclesiae nomen sibi immerito vendicant; quod de avi fidei Haereticis Tertullianus animadvertit, non minus verum est de aetate hujus haereticis: eorum conatus, inquit ille, studiumque unum erat non Ethnicos convertere, sed pervertere Catholicos; sibi que potius gloriae vertunt, si stantes decipiant; quam hi eos attollant, qui antea reprobant. *Aetios Corinthiensis.*

Secum, quae contra Ecclesiam insurrexerunt, collapsum sunt, & evanuerunt.

Affatus sunt haereticum causam in Ecclesia.

Affectus haereticum gignit, eamque fovet, & nutrit. Superbia, ambitio, invidia, cupiditas, ultio, inordinatus amor, haec est origo sectarum omnium, quae late Ecclesiam depopulantur. Quantumvis affectus personam induat, quantumvis illius causae dissimulentur, ac alius quilibet illius fons concipiatur; hoc verum est, haereticos omnes ab affectibus gigni. Frustra illas expolire conaris, ortum suum mentiri non possunt; omnes eundem habent characterem, & licet non omnes sint ejusdem aetatis, omnes tamen sub eodem sydere, eodemque in solo nascuntur. Itaque plurimus in rebus ubi similes sunt: omnibus idem finis est, eadem mens, eadem artes; mendacii spiritus, spiritus defensionis, pertinacia, hypocrisis, cordis mentisque licentia, hoc ingenitum est, hic haereticorum omnium character. Arius aegerrime passus fidei praeriteri Sanctum Alexandrum in Alexandri Patriarchatu dignitate, negat Jesu Christi divinitatem, & ab Ecclesia de-

sciscit, ut haereticorum Caput habeatur. Nestorius, Eutiches, Pelagius, &c. non alia insisterunt via. Mendacii spiritus violento quopiam affectu agitata, atque cupiditate incensus haec paritit monstrum. Quam aliam originem habuere illi torrentes iniquitatis, propter quos tandiu viri boni ingemuerunt, inundationibus suis miserum in modum Domini vineam depopulavit? Ex quo alio fonte prodire haec genitina viperarum? *P. Croiset tomo secundo Confessionum.*

De factibus, quae facti in Ecclesia observantur.

Hic est character factiorum, quae contra Ecclesiam facti, atque defensionis insurgunt. Nova haec mendacii sedes non inquit veritatem; nec qui eandem amplectantur, vel eam teneant, ibi moralis disciplinae integritatem invenire contendunt; Religio haec in re color est, atque praetextus. Affectus praecipuum gerit personam, illius primae sunt partes. Dissimulata ambitio, secreta verborum, irritata zelotypia, hexentaque alia id genus motuum omnium sunt cause. Utilitatis, atque affectus conformitas statim societatem conjungit; cuius velut anima quadam est odium contra eos omnes, qui in opposita verari sententia creduntur. Omnes inconfulto eisdem sensus adoptant, omnes eadem lingua loquuntur; sedulique simul ineunt, ut adversarios suos in suspensionem trahant, atque partium suarum studiosi extirpationem concitent. Sed nequiquam pertinacis sensus suos sub aequitatis, charitatis, reformationis, zelique praetextibus tegere student. Artes huiusmodi jam consueverunt, & simplicibus tantum fucum facere possunt. Accurrit, ut lubet, ingenium; rationes, casusque undequaque emendicent; sanctitatem, exactamque tantummodo marum disciplinam loquuntur; quicumque factionis spiritus singularium habet characterem, qui sese liquido prodit. Quaeque nomina sibi sumat, quibuscumque coloribus se imbrat, haec omnia illam magis, magisque obscurant; & quodcumque aditatur, semper ex aliquo animi affectu profectus, semper cordis illusionem emittitur. *Idem.*

Nihil profecto magis mirum est, quam videre, quid possit illusionis spiritus opinioque praetextus inhaerentis, ubi aliquo Religiois praetextu probatur. Naturales sensus, rationis lumina, certitudinis decisiones, divina, humanaeque iura, omnia cedunt, omnia spiritu particulari liantur, ac misera inversione, quae necessaria est illusionis effectus, gravissime quaeris injungitur, laevitia homine christiano indignitate, infensissima odia probantur, & virtutum speciem indare videntur. Videntur viri boni, alioquin acri ingenti vi praediti, quos tamen praeventio quaedam captivavit, per vias veritatis, sentibusque impeditas, atque interdum tenebrarum caliginem ingredi, quos efficiunt, ut quotidie magis a recto virtutis tramite secedant. Mentis illius cecum hanc parit obstinationem: non solum non fallit, verum etiam efficit, ut errorem nostrum diligamus, ac eorum nos miseret, qui in rectam virtutis viam nos revocare conantur. *Idem.*

Requies, atque securitas, qua Christiani omnes in Catholica Ecclesia praeservantur, icira est, ipsam a Deo supremam obtinuisse potestatem; ipsam cum certitudine decidere; definitiones ejusdem ab omni errore vacuas esse, & satis esse credere, & cogitare, quemadmodum ipsa credit, & cogitat. Quamobrem cum inter Doctores aliqua oboritur controversia, vel novitas aliqua inturgit, quae fidei sententias in diversa trahat, sola ejusdem vox audienda est, atque sequenda. Sed quia crebro quicumque illam inducit loquentem secundum sensum suum; in hac incertitudine hoc unice consilium capiendum est, ut fidei, morumque ratio Sanctae Sedis, Conciliorumque sensui conformetur: quod intelligentiam est de his difficultatibus, quae pertinent ad Religionem, non autem de illis, quae ad humanam tantummodo politiam referuntur. *Abbas Trappensis in primo alteraque tomo Christianarum Institutionum.*

La Concordia, quae in Ecclesia observanda est, Sanctae Sedis, & Conciliorum auctoritate.

ECCLESIASTICUS.

Sanctitas Status Ecclesiastici, Sacerdotium, Vocatio, & hujus Status Officia, Reverentia, quae debetur Ecclesiasticis; Vitia ab illis evitanda: Beneficia, Ecclesiae bona, &c.

MONITUM.

Ecclesiasticum nomine istis eos omnes complectimur, qui Dei servitio, ac Altarium ministerio sese devoverunt, cuiusvisque ordinis illi sint, & quocumque in Clero, & Ecclesia dignitatem obtinent; quam ob rem de Religiosis statu alio in titulo, verba sumus facturi. Infinita prope modum suspeditat Conciliorum verum consilium; seu contra vitam eorum crimina velint invecere, seu populum hortari malint, ut Ecclesiasticis pareant, eoique revocentur, licet quanta sint probra illorum, intelligat.

Illud unum monendum occurrit, argumentum hoc cum altero de Ecclesia, de quo supra locuti sumus, nullum habere nexum, hanc enim solum respeximus tanquam mysticum Jesu Christi corpus, ex omnibus fidelibus compositum; hic vero verba facimus de Ecclesiae Ministris; quibus statum eorum officia, & ministeria Sanctitatem ob oculos ponimus, sive Sacerdotes illi sint, Pastores, Beneficij aucti, sive sacris tantum Ordinibus initiati: Argumentum hoc praetextibus duo evitandi sunt scopuli; alter videlicet ne nimis de veteris disciplinae relaxatione, veterumque Canonum imobservantia, quam restituere in Conciliorum potestate non est, sententia dicant; quomobrem praestat hortari, ut accuratius ac serventur instituta, quae in hodierna Ecclesia usitauerunt existimatio, quae de eorum statu est habenda, quod facere Haereticis adisti sunt, hodieque improbi adnuntiant, qui hoc vitium praetextu, ut sua vitia, & crimina imminuant.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti structura.

I. Ecclesiasticum statum amplecti est actiore, quam reliqui fideles, sancte, perfecteque vivendi obligationem contrahere; quae ex tribus desumitur capitibus, quae simul concionis divisionem possunt efficere. Primum est status, ad quem nos Deus evocavit, qui status est Sanctitatis; ad Deum enim propius accedit, qui se illius servitio, Altariumque ejusdem publico cultu. Alterum est propter Ordinis characterem; quo-

niam per hunc eidem nosmet dicamus, ac devovemus. Tertium est ministerio, quod ibi exercetur, & muneribus quibus vacandum est, desumitur. Quod ad primum pertinet: Status, ad quem Deus Ecclesiasticos vocat, per se sanctus est, ideoque sanctos esse jubet, quicumque illum aggrederentur: Quomobrem illos in veteri lege Deus Sanctus appellat. Sancti erunt Sacerdotes. Hac de causa eos eligebat ex populo; & ceteris mortalibus seungebat.

Leo. 21.